



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Poena adversus contensiosos pertinaces. 17

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

facras literas capeffendas inftigarentur, atque, ut in his optimas horas collocarent, incitarentur; quod hic reperiatur fons vitæ fcaturiens, ex quo qui haurit, non fitit in æternum; hic thefaurus Euangelicus, propter quem oportet vendere univerfa, reconditus fit, ex quo prudens ille paterfamilias profert nova & vetera.

Matt. 13.

C A P. XV. *Officium Decani in rebelles.*

Ex Concil. Agat. c. 2.

1 Tim. 4.

1 Theff. 5.

Innocent. Pap. II. Gregor. ad Man. Imp. c. illa II. q. 3.

SI quos Decanus rebelles cernat, fi divini Scultus atque fui Officii negligentiores, fi rixofos, fi litigiosos, fi percuffores, fi aleatores, fi fcora foventes, aut aliis publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionem audire recufaverint, agat in his Capitulis quod jubet Paulus: Peccantes, coram omnibus argue. Tum, fi refipifcere nolint, arceat a facris, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem revertantur; fic tamen, ut hic fervetur regula Apostolica: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes; patientes eftote ad omnes. & neque ira, neque odium, neque rancor ulla sibi partes vendicent. Nam illa præpofitorum folicitudo eft utilis, illa cautela eft laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil sibi vendicat. Ira enim fèpe etiam innocentes ad crimen inducit. Dum enim iusto amplius irafcimur, & volumus aliena coërcere peccata, graviora committimus. Per hæc tamen Noftros ac Ecclefiarum Provinciæ Noftre privilegii ac legitimis confuetudinibus, & præfertim mori ac confuetudini quæ in aliquibus Ecclefiis eft, nempe ut caufæ difciplinæ per Diaconos dijudicentur, nihil præjudicamus: modo tamen Diaconi, ad requifitionem Decani, fuo officio gnæviter ac ftrenue incumbant ac fatifaciant. Quod fi Decanus & Capitulum, negligentibus aut eisdem criminibus irretiti fuerint, ad iuris communis difpofitionem redire neceffe erit.

C A P. XVI. *Contentiofi, ad pacem & concordiam, per Decanum & Capitulum revocandi.*

Gen. 4. Gen. 37.

Ioan. 13.

INvidiæ detractioque vitium, longe omnium peffilentiffimum, in Collegiis non eft novum; quod humani generis hostis inter fratres ferere femper conatus eft; quemadmodum de Abel & Cain, de Iofeph & fratribus ejus legimus. quin parum aberat ab omnium fanctiffimo illo Collegio, nempe Apostolico, ni fi pacificator Chriftus Iefus interceffiffet, ac Satanam repente eieciffet. Hinc fæpenumero in Clero rixæ, jurgia, & injuriæ nascuntur. Hinc multæ falſæ criminationes, æmulationes, obtreccionibus & delationes oriuntur. Et fit lingua, ordinata in laudem Dei, inquietū ma-

lum, plena veneno mortifero. fit denique, ut, in qua benedicimus Deum & Patrem, in ipſa maledicantur homines qui ad imaginem & fimilitudinem Dei facti funt; atque ex eodem ore procedat benedictio & maledictio. Non oportet, inquit divus Iacobus, fratres mei, hæc ita fieri: fed, qui fapientes & difciplinati inter vos, oftendant ex bona converfatione operationem fuam in manfuetudine fapientia. Nam, fi zelum amarum habetis, & contentiones funt in cordibus veftris, nolite gloriari & mendaces eſſe adverfus veritatem. Non enim eft iſta fapientia de furſum, defcendens à Patre luminum, fed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio eft, ibi inconfantia & omne opus pravum. Quæ autem de furſum eft fapientia, primum quidem pudica eft, deinde pacifica, modelta, fuadibilis, bonis confentiens, plena mifericordia & fructibus bonis; non iudicans; fine fimulatione. Fructus enim iuſtitia, in pace feminatur facientibus pacem. Proinde, fi quis putat fe religioſum eſſe, non refrenans linguam fuam, fed feducens cor fuum, hujus vana eft religio. Hæc ille.

Iac. 3.

C A P. XVII. *Pæna adverſus contentioſos pertinaces.*

AGathenſi Concilio conſtitutum eft, ut, quicumque odio aut longinqua inter fe lite diſſenſerint, & ad pacem revocari nequiverint, primitus arguantur; qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellantur. Decanus ergo, ubi viderit, intercedere inter fratres diſſenſionis materiam quæ fraternam dirimat charitatem, hujus Canonis autoritate utatur; ac, pro pace ſarcienda conſervandaque, Capituli ſui conſilium atque auxilium imploret; quod invicem libenter præſtabunt, cujuſcunque odio vel amore longe poſtpoſito.

Ex Concil. Agat. c. 31.

C A P. XVIII. *Quo tempore, Capitulorum quotidianorum Conventus obſervandi.*

Quotidiani Capitulorum Conventus, aut maturius ſub ſumman Miſſam, aut ſtatim poſt illam, ſervandi funt, ne ob illos Divinum Officium vel ſuſpendatur vel præcipitur, vel denique ab ipſis Canonicis negligatur. Debet enim Dei cauſa omnibus aliis anteponi.

C A P. XIX. *Volumenta ſtatutorum revidenda.*

Habent fere, quotquot funt Cathedrales ac Collegiatæ Eccleſiæ, ſuum volumen peculiarium ſtatutorum, quæ interdum pro affectu privato cujuſlibet augentur ac creſcunt.